

RESORPTIO TIVS



# SCLAVO-

NIAE, Istriae, Carniae, Croatiae, Coruatiæ atque Dalmatiæ descriptionem hæc tabula tibi lector exhibet, unâ cum origine Savi fluij insignis, atq; parte Bosnaici regni. Hæ autem regiones omnes, præter Dalmatiã, olim uno & generali uocabulo dictæ sunt Illyris, sed postea diuersa nactæ dominia, iuxta alios & alios populos, alia quoq; & alia sortitæ sunt nomina. Utuntur pro maiori parte lingua Sclauonica, præsertim quæ ultra Savi ad mare Adriaticum extenduntur. Labacum metropolis loquitur partim Germanice & partim Sclauonice, hoc est, Polonice. Parent ferè omnes ducibus Austriæ præter Bosnenses qui subiiciuntur Turcis. Terra est montosa, quandoquidem Alpes in eam extendantur, desinantq; in has regiones.

